22005 IV Co5

Lopienski Absitio

Nobilis Martinus olim Mathiae Lopienski Actor in et Contra Nobilem Stanislaum filium Nobilis Jacobi Drozowski de Drozowo haeredem ad solvendum et pro condemnatis luem satisfaciendum Conertatam in Causa Ad Inscriptionem Tuam Terrestrem Stracensem qua mediante submisit se et inscripsit certi vere et liquidi debiti mutuatisque pecuniis summam duodecim florenorum pro tempore certo et in serione specificato solvere cui inscriptioni contravenit nec Vadium ibidem appositum metuebat summam praefatam non persolvit quo facto Vadium simile summae essentiali succubuit. Citatione ipsa Cuius Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Lopienski ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit de his latiore Ad officium praesens Castrense Capitaneale Bransense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski iuridice clamatum et non comparentem Terminum Convictorium satisfactoriumque ex Regestri ordine ac admissione officii praesentis idem assistit contentaque luem decerni affectavit. Et Officium hoc idem visa et considerata Citati clamati et non comparentis ut sup. ... sed cum interpositione Vadiorum triplicatorum. Fide ergo.

Kostrowie Baniti

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Bransensem Nobilis Nobilibus tenoris talis: Franciscus Joannes Lesnowolski Bransensis Capitaneus Nobilibus Nobilibus Valentino olim Joannis Leonardo olim Laurentii Kostrom de Kostri Litwa haeredibus Authore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut Coram Nobis seu officio nostro Castrensi in Curia Regia Bransensi in Terminis Querellarum ac Caussarum officii Capitanealis Castrensis Bransensis feria secunda post Datam praesentium Citationis prius et proximius celebrandis ptr et peremptorie Compareatis Ad Instantiam fisci Sacrae Regiae Maiestatis et ipsius delatoris Generosi Joannis Skinski Notarii Castrensis Bransensis et Exactoris Terrae Bielscensis atque Nobilis Mathiae olim Leonardi Kostro de Kostri Litwa haeredis Qui vos citat ideo Quia vos existentes bonorum Kostri Litwa seu possessionum certarum in eisdem bonis sitarum possessores seu quocunque modo haeredes et quaesitores ex eisdem bonis non dedistis neque curastis Contributionem publicam vicesimam agrorum in Comitiis Generalibus Varsaviensibus laudatam et in Conventu particulari Terrae Bielscensis concessam eidem fisco Reipublicae dare et restituere videlicet Nobilis Valentinus Kostro de quarta parte Mansi sortis Stanislanowskiey Leonardus vero de media quarta mansi sortis Stanislanowskie neque ad manus exactoris neque moderni delatoris perpetuo ac per quod poenam bannitionis eo nomine in Constitutionibus Regni Contra retentores Contributionum publicarum sancitam incidistis Citamini itaque

itaq ad videndum eandem poenam Banitionis decernendam et per
Ministerialem publicandam Utriusq contra eos iuridice procedendum et id
quod iuris erit decernendum Citamini Vos iudicialiter responsuri et Termi
num attentaturi Datum in Curia Regia Bransceae feria sexta magna
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius quidem
Citationis praeinsertae copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis
Providus Stanislaus Kalenayski ab una integra ante Terminum
praesentem Septimana in bonis citatorum propriis posuisse et officiose citatos
publicasse recognovit Nominatos itaque citatos supra nominatos ad
officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Item Benedictum
Roszenski iuridice clamatos et non comparentes in poena banitionis
ex Regestri ordine admissioneque officii praesentis iudicialiter ex regestri ordine
admissioneque officii praesentis condemnavit Et Officium praesens Castrense
Capitaneale Brainsceae Visa et Considerata citatorum clamatione et non
comparentium contumacia et temeritate iam cummuni et affectationi
Actoris ac Conventis Citationi inhaerendo super praedictis citatis
et bonis eorum omnibus poenam banitionis decrevit Banitosque
et de regno Poloniae Dominiisque eidem annexis proscriptos pro
nunciat et ad publicandum Ministerialem Regni Generalem Nobilem
Benedictum Roszinski addet et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus ius
sub deputationis [illegible] eosdem citatos de [illegible] praesenti [illegible]

Golaszewski Choinskie Baniti

Franciscus Joannes in solo cum Kierzenowski Bransceae Capitaneus
Vobis Nobilibus Stanislao olim Andreae Choinski Catharinae Conserti
tali Joanni olim petri pierzonski Alberto olim Laurentii Chorenski
Mathiae filio olim Nicolai Cosnowski Jacobo filio Alberti Chorenski
de Choiane cosnowo Golasie [illegible] haeredibus et omnibus bonis vestris
Rigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus Ut in Terminis
Quibuslibet ac Causarum officii Capitaneali Castrensis Brainsceae feria se
cunda post datam praesentis Citationis proxime celebrandis per se et
peremptorie compareatis Ad Instantiam [illegible] fisci Sacrae
Regiae Maiestatis Exactoris Terrae Bielscensis Generosi Joannis
Skinski atque Nobilis Sigismundi olim Alberti Golaszewski de
Golasie pusca qui vos praesentem mandatum cum mandati hoc assi
stentia citat Ideo quia Vos existentes tenutarii et possessores bono
rum Golasie pusca seu aliquam non sortidem ex eisdem bonis
existentes multoties amicabiliter moniti ut repensarent Contributio
nes publicas tam agrarias quam fumalionum nec ad eandem Nobilem
Sigismundum Golaszewski Uti comparticipem eorundem bonorum nec
ad manus praefati exactoris Terrae Bielscensis solvere voluistis neque
curastis per quod poenas legum scilicet infamiae ac in passu in Constitutione Regni
laudatam succubuistis ad quam super vobis et bonis vestris decernend
ac per Ministerialem publicandam Una cum solutione praefatarum Contri
butionum cum poenis Citamini Vos iudicialiter responsuri Datum in Curia